

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9266

Auteur(s) : Eudes II, Bretagne (duc)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1155, 1 décembre

Lieu d'émission : Rennes

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Eudes duc de Bretagne confirme les dons faits à l'abbaye de Savigny par ses ancêtres.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 968, n. 213.

Éditions principales

a. LOBINEAU, Guy-Alexis, Histoire de Bretagne, composée sur les titres et les auteurs originaux, Paris, 1707, t. 2, col. 305.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XIX)

Texte d'après A

Eudo Dei gracia Dux Britannorum, omnibus episcopis, clericis, baronibus, justiciis, prepositis, militibus ceterisque tocius terre sue fidelibus suis salutem. Notum sit vobis et omnibus fidelibus Christianis me pro amore Dei et salute anime mee et anime venerabilis Britannie ducis Conani et omnium antecessorum et successorum nostrorum ad exemplar ejusdem antecessoris et domini mei nobilissimi Britannorum ducis Conani concessisse in perpetuam elemosinam ecclesie et monachis Sancte Trinitatis de Savigneio atque in custodia et defensione mea suscepisse omnia dona que fecerunt aut deinceps facere voluerint homines mei in tota terra mea et in omnibus forestis meis dedisse eis herbagium et pasnagium et ligna ad focum et ad edificia domorum, hec omnia libera et quieta et omni servicio et consuetudine absoluta. Concedo etiam eisdem monachis et omnibus eorum rebus per totam terram meam, integram libertatem et perfectam quietanciam ab omni consuetudine et servicio et exactione et de theloneo et passagio. Statuens et confirmans ut quascumque possessiones, quecumque bona de cujuscumque dono sint idem monachi in terra mea in presentiarum possident aut in posterum largitione fidelium, Deo propitio poterunt adipisci firma eis, eorumque successoribus et illibata permaneant. Facta est autem ista concessio anno ab Incarnatione Domini MCL quinto kal. decembris, Redonis in domo et presentia Alani venerabilis Redonensis episcopi ipso suadente, testibus Hamelino thesaurario, Radulfo et Eudone archidiaconis, Gaufrido maldeto et Even et Alano de

Apigneio canonicis, Guillelmo decano, Radulfo capellano episcopi, Alano la Cloche, Roberto de Vitreio, Roberto filio Macharii, Olivero filio Gaufridi, Roberto Rachapi, Reinardi et quam multis burgensibus Redonensibus.